



CONGREGATIO PRO EPISCOPIIS

ARBORENSIS

de Administratoris Apostolici nominatione

DECRETUM

Ad consulendum regimini metropolitanae Ecclesiae Arborensis, vacantis per renuntiationem Exc.mi P.D. Ignatii Sanna, Summus Pontifex FRANCISCUS, Divina Providentia PP., praesenti Congregationis pro Episcopis Decreto, nominat ac constituit Administratorem Apostolicum memoratae Ecclesiae, ab hodierna die et donec eius electus successor canonicam archidiecesis possessionem capiat, eundem Exc.mum P.D. Ignatium SANNA, eique iura, facultates et onera tribuit quae Episcopis diocesanis, ad normam sacrorum canonum, competunt, attentis, tamen, quae in n° 244 Directorii de pastoralis ministerio Episcoporum "Apostolorum Successores" continentur.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Congregationis pro Episcopis, die 4 mensis Maii anno 2019.

+ Marcus Card. Quilley
K

+ Ilvo de Jesus Montanari
A Secretis